

rigen: y así lagros: ^{mo} del S: xpo. D. Luca. Es de
la hermandad de S. Cosme: y S. Damian: y Jesus:
de Luca: Sita: en los Reales: Alcazeres de Toledo:
desde el imperio de Carlos quinto que dio: a
hermandad: el: jesis: de Luca que: oy esta en:
el Convento de Capuchinos de esta Ciudad:
de Toledo. en el Corateral del Evangelio:
propio de dicha: hermandad:.

Año: 0: 1702

Año de 1702

R (Ms)
226

Verdo y pasado mui bien este libro por ti en nada

Com^{na} ^{na} S^{ra} Jer^{na} bably Combray Conig

S^{ra} p^{ra} de y p^{ra} m^{ra} y ben en en q^{ra} y uer ti en

Poydo y se yo et esca Da no y lo

Sine y si me d m^{ra} nombre en Fol do a 3 d

Abri^l d 1724

Pablo Carras
C^{ra} p^{ra} p^{ra}

Hermande Gon
Lalez Canse Co

Nites

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

Requerimiento N° 7-2

Lata Reservada Est: 9-2.

Faint, illegible text in the upper section of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Main body of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

De T. ... me R. ... de
... factum ...
... ap. lib.

Lectus dominus seruus xpi mi-
nimus uniuersis fratribus orthodoxe
fidei cultoribus per tunc mundi cli-
mata domino famulantibus. in domini
yhu xpo eterne salutis auctore. salu-
tem. Que oculis uidimus et
auribus nostris per religiosos
uixos audiuiimus et tenaci
memorie comendauimus scire cupientibus
negare non audemus. sed uobis sitientibus.
germana deuoti caritate quasi seduli pitene
propinare gaudemus. Indiuinis namq. elo-
quijs malus et ingratus seruus notatur. di-
gna q. pro meritis pena danatur. qui non stu-
duerit dare gratis qd. gratis accepit. et cum
fratribus desiderantibus. talentum sibi a domini
creditum non comunicauerit. ac geminatum
diligentissima cura. ad eum non reportauerit
Hinc est q. seruus malus et piger talento
intera a seculo priuatur. et ei qui duo talen-
ta geminata reportauit donatur. Per pi-
gritiam suam nequam seruus multatur.
portoribus traditus. dicitur carceri mancipatur
Hoc ergo pertimescentes fratres dilectissimi
siquid boni in nobis est solecti meditatione

discutere. et fratribus scire cupientibus pie
caritatis affectibus debemus impartire. ut
illam dominicam uocem. leti mereamur au
dire. et in dñi nri gaudium introye.

De n̄ratione inuentionis s̄i uultus de luca

Ad sancte itaq; ecclie cōroborationem et
ad fidelium scire cupientū eruditionem seu
ad infidelium confutationem. seu quod meli
us est conuersionem de reuelatione seu in
do in Romauentione. ac translatione sacratissimi uultus.

Deinde aq̄
ista traduci
do in Romauentione.
u y la oja que
falta al prin
vpro esto an
toror

de miraculis quoq; que uel nos uidimus aut
falta al prin uenerabilium uirorum relatione cōperimus
deceui mus ut ad dominicam cenam inuita
tis sit feuctiosum tediosis legentibus non sit
onerosum. fideles cōroret. ignorantes
doceat infideles conuertat aut conuincat.
Veni itaq; domine yhu pie pater bone ma
gister ceptis nris aspira. et que dicamus men
tibus inspira ut nichil loquamur fictitium sed
totum ueritate subnixum. Tu et enim dix
tu uia. tu ueritas et uita tu nūq; iuxta apostolū
Sanctissimo spiritu sancto dicere. tu nostrum
rite funda principium. et perduc nos ad felicē
exitum.

De reuelatione sc̄ssimi uultus de luca

Quare igitur uenerabilis galefredus sub
alpinus episcopus orationis gratia ie
rusolimā petijt ibi q; propter multiplices et

2
maximas sotorū suorū inualitudines. diuitissi-
me cōmoratus dum sc̄ssima loca diebus et noc-
tibus sollicitus praegaret orationibus ieiunijs
et helmosinis intentus angelicā meruit visi-
onem habere. Post diutinā et enim orationē
cum lassā membra somno recreare uoluisset.
stratum petijt et obdormiuit. Cui Angelus
dñi astitit et talibus eum alloquijs affatur. ac
consolatur. Surge famule dei et salutis nr̄e
auctorem sacratissimū uidelicet redemptoris
nr̄i uultum anichodemo sculptū. hospitio tuo
uicini solerti indagatione per scrutare. et inue-
tum digna ueneratione uenerare. Vade itaqz
indomū seleucij uiri xp̄ianissimi hospitio tuo
ad herentem ibiqz sanctissimū uultum. in scri-
pta positum inuenies. Hic autē est ille nicho-
demus quē sacra euangeliij n̄arat historia qui
ad iesum nocte primū occulte propter metum
iudeorū uenerat. a quo sancte regenerationis
doctrina imbutus et datus plenius fide discess-
it. Post resurrexione uero et ascensione domi-
nicam. tanto presentia corporis xp̄i ardore
flagrabat ut semper gestaret xp̄m in corpore
semper haberet in ore. forme igitur cōporis
xp̄i quantitate et qualitate diligentissime deno-
tatis liniamentis etiā mente descriptis sacra-
tissimū uultū non sua sed diuina arte disculp-
sit. Affuit eius bone uoluntati gratia cristi qui
nūqz bene uolentibus et bona opantibz pot̄ abesse

Qua uero de causa uultus Domini nūcupatur
pauas uerbis absoluā. Sicut enī facies nīsa
illū cuius facies uidetur certificat ita pretio
si uultus figura redēptorē nr̄m incānatus
et pro nobis in cruce pendente quasi quī
busdam uniamētis representatū exprimit
Habebat ergo eū ante mentis oculos uir bea
tus. et corporeis oculis cernēs quasi xp̄m
intueretur in eius consolabatur effigie.
Cū uero predictus Nicodemus deo cārus
ac acceptissimus aduenire sibi extrema uite
presentiret. cuidā ysachar celestē timenti
et colenti potentia. gubernādū z uenerādū
concessit opus magnificū. Quo facto aīa
resoluta corpore. quietis loca petiuit. cōpus
autē ad patres suos collocatū est. Quo qui
dem in xp̄o mortuo. qui sanctissimū mun
us acceperat ne tante rei reuelatio iudeos
in illum accenderet. illud in abditis clausur
at interioribus ac ei debitū exhibebat obseq
uim. et sic usq; ad nr̄a tpora per succedētes
gēnerationes a xp̄i fidelib; licet occulte deu
tissime uenerabatur. **P**refatus igitur
pontifex angelica collocaione cōfortatus.
cuigilans a somno socijs per ordinē cuncta
nārauit. Quo audito fidem illorū nulla
dubietate impediēte locū indictū studiose
perscūctantes quesierunt et quis et ubi
esset tanti muneris cultor diligentī indagati

ne repererunt. Quem postq̄ per dei gratiā
inuenierunt et illū sue salutis donū demonstra
re rogantes prius eum propter ue denegan
tem. Demū uero exquisitis ingenijs tam glo
riosum tesaurū eū aperire com pulerūt. Siqui
dem iudeis et gentibus in ibi habitantibus
apud illū crucem nr̄i redemptoris adorari
ac uenerari. ip̄i se manifestate asseriebant.
Cultor autem alme crucis precibus ac min
is superatus maximo dolore deuictus. xpi
operante clementia locū in quo per multa
ānorū spatia sc̄m opus sicut dictum est ste
terat absconditum illis patefecit inuitus. Tūc
p̄ gaudio flentes. saluatori omnium īmensas
gratias retulerunt. eo qd̄ in ip̄is t̄poribus
supra fidelibus tam maximū celeste cōtulit
benefitiū. Demū uero iubente prefato
presule supradictus cultor aui pondus.
merens accepit. Venerabilis autē ponti
fex cum fratribus ac socijs orationi uacans
die noctuq̄ in lege domini meditabatur
assiduus. Erat q̄ interea ualde sollicitus.
quo ingenio quaq̄ arte. sc̄e crucis uenerā
dum signum ad loca italie transmitteret.
Enim uero fratruū ac sociorū demore ad
uocato collegio comuniter diffinitū est
ut in nauī sc̄ssimū crucis opus apte
collocatū. deo gubernate usq̄ ad romanas
partes portaretur. Ep̄s igitur fratrū



stipatus obsequio. celestes h̄ynos iugiter cō
de et ore decantās. sc̄e crucis signū defereō
ad litus maris ubi ioppe dicunt usq; prose
quitur ibi ergo maximi roboris nauim di
uinitus datam inuenientes maxima cū
reuerentia pretiosissimū in ea collocaue
re thesaurū. Quia mirifice adornātes. et
ceris atq; lapadibus plurimis accensis
inluminatam bictamine ac ceteris huius
perri convenientib; desuper cooperuerunt
ut potede arca noe sc̄a genescos n̄arat stori
a. Inqua quidem octo anime salue facte esse
memorantur. In hac autē saluatoris mūdi
persona. et qualiter pro nobis passus sit. ut
hominū filios suos faceret. et heredes p̄ sc̄am
representatur imaginem. Tunc uero pre
sul cum fratrib; se in oratione dedit. precant̄
omnes cōmuni uoto dñi ineffabile bonitate
ut tanto munere tantus ac talis locus ditatū
ornaretur in quo innumerabiles ppli xp̄iane
religionis concursū deuote et fideliter facien
facientes uiso et eius p̄sidio assidue protecti
et defensi gratulantur. Nauis autē protinus
per alta pelagi ducitur. nullo mōtaliū remigāte
Non enim intus ullus fuerat. sed sola diuina
potentia gubernante. per logos ma anfractus
ad lunensem portū applicuisse perhibetur. Ci
ues autem loci illius nō admodū suo iure con
tenti. siquidē i maritimis degentes diuturne

hanc hūisse noscuntur consuetudinē insolitaz
navis magnitudinē et speciem carnetes nulluz
quoq; mortaliū in ea aspicientes uementer
admirati sunt. Disposuerūt itaq; nauī capere
uolentes q; eam aperire frangere cogitabant
Tanto itaq; sacra nauis dei gubernante boni
tate ab his longe recessit quanto diuina pro
uidencia eos obstinata malitia plenos esse pre
uidit. Tunc quidam urbis eiusdē altera die
cū magno agmine. iracūdia extuantes. idē
agere aggressi sunt. Quibus diuina obstitit
misericordia ne ad p̄meditatū facinus p̄p̄radū
haberetur facultas. Interea p̄dicte ciuitatis
procurator quid de huiusmodi nauī factū sit.
perēotatur. Ministri uero eius respondentes
dixerunt. se nūq; uidisse huiusmodi carinaz
In ea nāq; mortaliū nullus apparet et omnī
gubernatione destitui non uidet. Hec sterna et
enim die aurora tenebras depellente usq;
ad solis occasū atq; hodie multo labore desudā
tes eam quia plurimis proxima uidebatur
capere disposuimus atq; huius rei effichaces
esse ne quiuimus. Unde p̄fecto datur in
telligi. hoc absq; diuina dispositione minime
fieri posse.

Qualiter uultus sanctus fuit trāslat⁹ lucā

Per idē t̄ps in lucana ciuitate p̄erat
Ep̄s nōie Johs uir quidem deo acceptū
auctoritate et omnī honestate fultus hic nāq; i

multis lucanā ciuitatē decorauit etiam. **I**mprimō
dīo fere gentis illius tā uerbo q̄ exemplo sue me
lliflue predicationis fideliter irrigabat plantari
a. et eidem ecclie ab urbe alijs q̄ locis dño faciete
multa contulit sanctorū corpora quibz ī multis sue
fidelissime deuotionis obtulit dona plurima. **H**
uic Angelus ī sōnis apparuit ei q̄ celesti uoce locu
tus est. Surge inquit xpi famule ac festinater
ad lunensē portū tuos et fratē tuorū dirige
gressus. illic nāq̄ iuenies nauī in qua saluatoris
mūdi ymagho posita qualiter in cruce pro hominū
bus passus sit. demonstrat. **H**anc etiā Nicodem
us phariseus qui xpm uidit et tetigit condidit
Quam ut in hanc deferas ciuitatē ad dño meritis im
petasti. **H**ec oīa diuinus nūnus locutus abscessit.
Venerabilis itaq̄ pontifex de angelica uisione letissimū
cum clero. et una cū deuotissimo pplo ad locū sine
ulla tarditate prexit. et sicut Angls dixerat eē
omnē inuenit Lunenses gemina ope remo z uelo
laborabāt certati remigabant uocibz cōclamabant
manibz z nutibz significabant sociū socius ortaba
tur. sed nichil machinādo proficiebant. **Q**uia
res z actenus in audita aditus uictus et uinda
carinā ipellebāt. sed procul diuina uirtus reici
ebat. **N**imirū et enī qui deū deuota mēte nō q̄runt
inuenire nulla ratione merent. **I**nterea sanctus
presul admodū monet illos paulatī quiescere z
dñi īplorare p̄sidiū. **D**euotus igitur xpi famu
lus cum scē crucis uexillo cū ymnis et canticis spū

alib; ore z corde psallendo. illuc sūma uēneratiōe
p̄erexit. **Q**uid plura. **N**auis que impios fugiebat
pijs se fidelib; ultro obtulit et pretio sum et inex
tabile thesaurū beneficio diuino collatū eis exi
buit. **Q**uā apientes et diuina magnalia cēnētē
pre gaudio lacrimas effuderunt et h̄ymū angeliā
de cantantes diuine misericordie gratias intulerūt
Interea inter lucenses et lunenses contentio cepit
fieri quis tanto munere potior haberetur. **D**um
salubri inuito cōsilio x̄pi famulus **J**ohes **E**p̄s cū alijs
deum timentib; uiris qui aderant dñi misericordiā
iplorauit. et diuino spiritu monitus ampullā
uitecam x̄pi pretioso sanguine refectā quā
ibidem reperit. lunensi ep̄o benigna caritate
concessit **E**t pretiosissimū uultū ad suā urbem
magna cum gloria x̄po duce portauit. **A**udies
hoc pars cleri qui in urbe remanserat leta q̄q̄
ab urbe processit. **V**enerabilis clerus religio
sus p̄ts deuotissimus femineus sexus senes z
iuniores pueri et puelle sicut quondā pueri /
Ebreoz dño aduenienti ad passionē con cordi
uocē cantabant **B**enedictus qui uenit in om̄ie
dñi osanna in excelsis. sc̄o q̄ spū dacti adiciebant
Ecce agnus dei. **E**cce qui tollit peccata mūdi
miserere nobis **R**ex israel. **T**anto igitū tē
pudio tanto q̄ trūso lucanā urbem in ductus
Anno ab incarnatione domini n̄i yh̄u x̄pi septin
gentesimo quadragesimo sc̄do t̄pore **C**aroli
et **P**ipini **S**erenissimoz regū anno regni

corū sed collocatus est in Ecclia beati Martini ppe
ualuas eiusdem basilice ad australem plagam. Et cū
p̄ dca urbs ob duas ut ferunt causas ab antiquis lum
sit micupata. Non tantū sine diuino nutu et quo
dam presagio futurozū tali censetur nomine uoci
tata. quia lux in ea diuina refulget. que tenebris
cecitatis mundi purgauit. et inextinguibilis
claritatis radijs illustrauit. Collocato itaq̄ p̄tiosis
simo thesauro in iam dicto loco et mirifice ut de
cuit adornato diebus ac noctibz turbis fidelium
iugiter frequentatur. Hec de inuentione et re
uelatione ac translatione sc̄ssimi uultus que
uidimus et cognouimus x̄po duce parias
uerbis absoluimus. Ceterum ad posteritatis
memoriam et ad debitam sc̄ssimi uultus re
uerentiā pauca subnectā. que p̄ me met ip̄e
cognouī uel auenerabilibz uiris aut etiam
ab ip̄is egrotis iam sanatis audiui et inuezi
tate cōperi. Ego quidem Leobinus humilim
Diaconus uenerabilis galefredi subalpini Ep̄y
dū in ierl cum eo manerē a siris religiosis se
pulcrū dñi custodientibz hec inferius descripta
cognouī. Asserebant namq̄ sub testificatiōe
sp̄s sc̄i spinē coronā quā iudei insultantes
x̄pi capite imposuerunt et partē uestimen
torū eius in eodem esse repositā. In nemore
quoq̄ ramot galaath in cuius abditis locis p̄t
metum iudeorū Nicodemus cū fecerat subito
dū fieret fontē exortū fuisse de quo qui bibeat
aut locum egerit dñis ablucendo t̄gebat illico
sanabatur. aqua q̄q̄ infirmitate detinebatur. Sed

fama increbescente cum multitudo languentium
 eorum claudorū et ceterorum infirmatum illuc certa
 tim concūzisset. hoc dñs loci cognostēs ueneno
 auare cupiditatis inebriatus sperās lucrū uenale
 aquam exposuit. Quo facto iusto dei iudicio fōs
 exsiccatus. nusq̄ ultra cōparuit. Beneficia et
 enim diuina gratuita nō transitorio uendūt
 uel emunt̄ pretio. Sed fidei. Spei et scē carita
 tis in extimabili merito ipartunt̄. Addebant
 etiā p̄dā scī uirī. Q̄ de particulis p̄tiosi uultus
 que dū sculperetur residue fuerāt et dū asportat̄
 fuisset illic remanserāt si partē debilitati aut in
 firmantis corpūs tangerent p̄zistitā i colomi
 tatē sine ulla tarditate reformatābāt. Hac si
 quidem discretionē seruata ut si oculus. pes.
 uel manus aut aliquod ceteroz̄ membrorū
 lesūm fuisset eiusdem sanctissimi mēbri par
 ticula tangeretur 2 sanaret̄ ipō adiuuante
 qui uiuit et regnat p̄ infinita scēla scōzum

*Huc usq̄ leboinus inferiora uō eiusdem
 Ecclesie Venerabiles clerici deū timētes
 qui nouerunt. aut auera ab uirīs. seu
 etiam ab ipis egrotis iam sanatis audire
 runt. et pro certo cognouerunt nē diu
 tūritate t̄pōris obliuionē tua darentur.
 heteris. Commendauerunt. prologus.*

Post descriptā a beato uirō leboino dia
 cono Sancti vultus ystoriā ad ea que
 dñs p̄ sacratissimi uultus sui rep̄sētationē

in ipso lucano gessit pedetenti accedamus et pro
modulo nre capacitatis. seriatim expediamus ibi
enim galloꝝ et germanie ppli leti cōtūerūt ibi
italia gens deuota cōuenit. Teutonicoꝝ siue
lemānicoꝝ undiqꝫ caterue certatim cōfluunt.
Greci quoqꝫ et siri auide properāt. Aquatuor
mundi climatibꝫ. deuotio xpiana frequentat.
Vbi quanta exuberāt beneficioꝝ diuinoꝝ mira
cula. Non solū nos ut pote. tardioris ingenij ni
do sermone ualemus scribere uerū etiam maro
nis fistula. aut tulliana eloquētia. nō ualeret ex
primere. Asserūt enī hec que diximus nō hūmāe
lingue fallacia argumenta. sed rez gestaz euidē
tissima documenta. Ab incarceratis nāqꝫ literatis
catene et cōpedes et euadentibꝫ naufragiūātoꝝ
delate et ibi suspense oculata ueritate cōclamāt
certe quoqꝫ ymagines capitū. pedū. cœurum
ceteroꝝ ue mēbroꝝ. et etiā totius cōporis figu
re designāt. De quibꝫ p̄cipua q̄ cognouimus silē
tio tegere indignum putauimus.

*De chalcamento sc̄i uultus argenteo audim
pauperi mirabiliter oblato. ✠ a c̄affro paup̄i dato. .*

Illud quoqꝫ quod oīpōtēs deus itidem per
reuerendissimū sc̄i uultus signū patentē
operari dignatus est sub silentij taciturnitate
minime pretereū dum uidetur. Iuuenis quidē
de partibꝫ gallie ad dominicū sepulcē ieroso
limam proficiē sc̄i desiderās. Quia gloriosum
sanctissimū uultus signū. uerā saluatoris formā

7
et imaginē representare sepius audierat per
lucā transire facturus iter mentis instituit propōito
ut illius expressam cerneret similitudinē ad cuius
sepulcrū omni se desiderio iturū p̄parabat. **N**acta
itaq; oportunitate signo crucis mimitus Lucam
peregrinus aduenit. et tanto desiderij ardebat a
more ut iā stare nō posset donec sine dilatione ad
matericē eccliam beati martini sollicitus peruenit.
Mox autē ut infra capellā reuerēdissimi uultus se
cum multitudine peregrinorū deuotissime recepit
et uerissimā formā atq; ymaginē saluatoris cor
poris inspexit oculis. gaudēs et exultans se in
oratione prostrauit. ubi cū diutius perseueraret
tanto ip̄ius cepit interius amore flagāre cuius
certissimā ymaginē exterius cōspicere licebat.
quod lacrimis uberimis faciē et pectus exurge
ret perfusus. **S**tans etiam tanto in oratione per
sistebat attentus ut ammirifice crucis signo oculo
rū acie nullatenus deflere uellet. **D**eniq; uero
uidens copiosam fidelū multitudinē que diduē
sis mūdi climatib; pro almifice crucis reuerētia.
conuenerat ad sc̄ssimū uultus pedē humilime cū
suis accedere muneribus. paup̄ rebus sed meri
tis diues. quasi quī ante alios uacua manu accede
ret. se extimas indignū uerecūdis quid ageret
dubitare cepit. **R**ecūrens q; ad musicū instru
mentū quod lacerro tenebat apprensū. et q;
p̄terat donū sue sc̄licet modulationis laudes
uice muneris offerre cupiēs ad honorē sc̄ssimē

crucis hinc tanta dulcedine cantare cepit
ut omnium adstantium nimia suauitate demulceret
auditum. **O**mnipotens autem deus qui cordium secre-
torum uerus est inspector ad tantam sui seruitu-
dem. et piissimam in sanctissimi uultus uenerabile
signum deuotione benigne respiciens superflua
solicitudinis dubitatione diutius cum detineri
noluit sed sue gratie donum potenter illi atque mi-
rabiliter ostendere dignatus est. **I**llico enim
quod est mirabile dictum argenteum calcia-
mentum de dextro sancti uultus pede sola dei potentia
procul exiliens in gremium proiecit cantantis.
Tunc uero iuuenis tanto obstupescens mi-
raculo. multo timore quid acciderat cogi-
tans. uehementer atque reuerenter admi-
rabatur. **N**umeris siquidem magnitudinis
datoris magnificentiam et altissimi dei tam
miram considerans potentiam quid nam ageret. infra
se dubius cogitare cepit. **D**istractus ad diuer-
sa se mentis admiratione stupidus quid consilij
caperet. tunc extitit incertus. **E**xiens itaque
de cappella. in partem ecclesie secessit ubi cum mu-
lta diutius secum reuolueret. tandem sicut cre-
ditur inspiratione diuina inspiratus regressus
est in cappellam et ad gloriosissimi uul-
tus pedem quod prius uerebatur in opus
suppliciter et cum humilitate accedens argen-
teum illud calciamentum. diuina sibi gratia
largitum omnipotenti deo ibidem ad honorem sancti Crucis

munus obtulit. Quod insigne miraculū. copio-
sa multitudo peregrinorū et alij q̄ plurimū qui
de locis finitimis orationis causa cōueniant
manifestissimē cernentes in saluatoris laudes.
uoces attollunt ad quorū clamores oīs acūrit
ciuitas fit undiq̄ p̄p̄torū concursus uiuorum
atq̄ mulierū oīpotēti deo gratias et laudes refe-
rentiū. quod per mirificū sancti uultus signū
talīa suis fidelibz uoluit ostendere mirabilia.

Ut autem huius tantī miraculī nullo t̄pore mē-
tibus audiētū scrupulus in nasceretur dubita-
tiōis. sed posteris perpetuū remaneret indi-
cū. diuina actum est dispensatione q̄ calciamē-
tū illud dextis reuerendissimē crucis pedī ulte-
rius apte nō adhesit. et nullo humano artifi-
cio. ita sicut prius ad aptari potuit.

*De quodam simplicissimo diuinitus ob mīaz
Sanctissimi Vultus orationes horare istructo.*

Hud preterea miraculū fidelū auri-
bus mandare curauimus. quo tanto deuo-
tius mentes xpiane ad amorem diuine di-
lectionis inardescere debent. quāto aut ra-
rius. aut nūq̄ simile reperitur. Memor
enī oīpotēs humani opis suā creaturā intē-
mortalia primatū habentem docere uoluit.
qualiter in sui creatoris p̄ijs debeat resul-
tare laudibz. qualiter etiam eiusdē cōueniat
exorare clementiā. Quīdā enī de mallio
castello sub sauinēsi fundato territorio. Be

nedictus nomine sicut plurimi xpi ymaginē cū
deuotionis apud lucanam urbem uisitātū uene
rat. **Q**uī autē homo simplicitatis. nulla q̄ peritū
scientia sicut ait scriptura qui de tēra est de tēra
loquitur. sanitatem corporis diuturnam uitam
prosperitatē familie rerū habundantiā alto
petebat desiderio. Talibus cū multarū lacri
maz unda fusis rogationibz letus et gaudēs
reuerterebatur ad propia. **P**ostea uero quā in
sua reuersus fuerat pretiosissime crucis memo
riam in suo deuotissime retinebat pectore et
uianos et familiā inuictissimi edocebat potētiā
Quī et si ineffabile reuerentiā. lucane pōtaret
ecclie. **Z**elum ut ait apostolus habebat sed nō scdm
scientiam. in memor enim ait in scius aposto
lice p̄titionis. et dominice responsionis. qua
dicatur uirtus in infirmitate perficitur nō
in uirtute sancti spiritus. sed in humana fra
gilitate xpi patebat misericordiā. **U**nde con
sequenter nobis dicit ap̄ls. **N**am quid ore
mus sicut oportet nescimus sed ip̄e spiritus
postulat pro nobis gemitibz in enārabilibus.
Simplias igitur uiri et māsuētī animū dei attē
dens clementia nō facta set intentiones discuti
ens illius imperitie consulere uoluit. **D**um
enim intēpeste noctis medio sōno op̄meretur
grauissimo. nostre redēptionis signū in ea fōma
quam uiderat supra facto uirō. uisū est suaz
contulisse presentiam. **T**alia sōno dās uerba

Lmellifluo

mellifluis . ardentissime tue mentis dilectione
respicens . quam cotidiana erga me angustias
instantia caritatem tui pectoris ulterius susti-
nere non patiens . quomodo et que me rogare de-
beas . tibi paucis uerbis insinabo . Eodem modo
quo Nicodemus post eam quam finierat iconam
que apud lucam habetur . et reuerenter custodit
mirabilem dei adorandum collaudauit potentiam .
te eadem eadem ymagine suppliciter reuerentem
et humane nature reformatorem adorare con-
uenit . Ut in ea igitur iussa adimplere ualeas .
que tibi ipse dixero . alte tue comenda memo-
rie . **E**cce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi
ecce deus noster ecce deus iustus . ecce deus .
uiuorum et mortuorum . ecce uita uiuentium spes
morientium . salus omnium in te credentium . quem a-
doramus . quem glorificamus . Qui benedicimus .
te deum patrem omnipotentem . et filium cum sancto spiritu . laudem
super exaltemus . In secula amen .

De eodem miraculo Sancti Vultus .

Ani uero continuato circulo patris benedicti
eandem lucanam ymaginem ita dicentem . subscri-
pta uerba uidit isonius . Quod mea monita fide-
liter retinuisti . et ea complere fuit tibi gratissimum
sicut te docui laudes debitas reddere . ita eorum que
ad tuam salutem pertinet tibi orationem dictabo .
Cum illa que in prima uisione te docui coram dei omni-
potentia reuerenter dixeris . istarum petitionum uerba fi-
ducialiter ne dubites proferre . Adiuuor et .

protector et defensor sis nobis dñe benignissime
et Sanctissime et misericordissime amen. Omira
bile diuine dispensationis misterium. et o magne
pietatis clementia mundana sapientia suis con
fusis erroribus diuino excluditur alloquio et
stulta mundi celesti comprobantur iudicio. Bene
dictum enim cuius supra mentionem fecimus. qui
nec a puero litteras nouerat ea que diximus
diuina docuit clementia.

*Qualiter que in sancto uultu clauduntur
deus uoluit manifestare. ⁊*

bt. f. iii
Quam autem superioribus sincerissima inte
gritate fides augetur. et corda fide- um ad sanctissimi uultus illam quam decet
deuotionem et reuerentiam magis et magis accē
datur. que nō tēpore et ante de ipsius magnitu
tudine et excellentia auribus fidelibus reuelata fuit.
ad eiusdem crucis honorem et audientium edifica
tionem auribus fidelium intimanda duximus. Anno
ab incarnatione saluatoris. Millesimo nona
gesimo octauo. Quidam Lucane ciuitatis.
bone uite. et laudabilis conuersationis nomine
Stefanus quōdam Stefani butcionis ob domi
nici sepulchri desiderium. ierosolimam iuit. Unde
nō multo ante per uirtutē xp̄i. sub nomine xp̄i as
saraani expulsi fuerāt. ad quem dū in ecclesia san
tissimi sepulchri die quadam attentissime oratione de
ditus esset. georgius quidam spetic satis uene
randa. qui greca lingua loquens magis sius

esse uidebatur. benigne accessit. Cū quo ut fit post
 comunia uerba. de sacratissimo uultu sermonē
 hūit. tandem uero quasi post increpationis v
 ba. inquit georgius. xps nobis ^{an} uere uisū est
 Et siquidem apud nos uultus reuerendissimū
 a Nicodemō factus. uerā ymaginē et per omnē
 similitudinē ueram saluatoris formam respētās
 In qua quarta pars spinee corone cū clauo quo
 dñs crucifixus est. id etiā sacratissimū. quod
 de umbilico est abscissum et ampulla sanguini
 cū sudario qđ deferebat yhūs archa collū. deā
 tissime recondita sunt. Claudunt quoq; ibi p
 tiosissima pignora que beata dei genetrix sēp q
 virgo Maria de unguibus et capilli nri redēp
 toris abscidit. quoz una pars. i capite uelamini
 eiusdem sancte genitricis ligata est. alia ex alio
 que oīa subsequenti tēpore. procul dubio ita cē
 comptū est. Nam tēpore lamberti archi pbr̄i et blā
 cardi archidiaconi. qui fratres uterini. uiri sapi
 entes et religiosi. deo et hominib; acceptissimi.
 funditus presentem eccliam edificauerūt. et
 ad honorem beati martini et scissimi uultus mi
 ro opere pfeceerunt. tēpore siquidē tantoꝝ uiro
 ꝝ. Ep̄s qui tunc lucane pre erat ecclie talia
 ierosolimis audiēs esse dicta. ut deoꝝ. ueritate
 experiretur. omni desiderio estuare cepit.
 Quid multa. hora cōstituta. secretissie cū iā dñs
 uiris deo dignis. et alijs religiosissimis admo
 dum paucis. deuotissime i ieiunio et oratōe

ad uincā crucē cū timore et tremore prefatus ad
cessit Ep̄s et iā partē eorū que supradicta sunt ex
traheret. cū in secretiorib; maiora diuinos sicut
thesauros repperit. sed indignus forte qui talia
p̄ tractaret et adstantes ut uiderēt stupore m̄tis
consternatus extrahere illa penitus nō potuit.
Quod eū iterū tentare p̄sūpsit. tanto mentis
stupore. tanta q̄ subito aceris fulgoris itollerabi
li claritate atq; fragore omnes sunt pulsī. ut
pretiosissima illa secreta. ep̄s ultra tāgere nō au
deret set extratta. quā cito acuratissime tamē
sub festinatione. ibidem intus recōdit. hora q̄q;
illa qua celestis thesauri reuerēdissimū ab Ep̄o
fuit aptū secretariū miri candoris inde nebula
exiit. que placito lapsu loca crucis uiciniora per
lustrans. motu quietissimo ad ecclie mediū us
q; deducta est. inde superiora petēs. astantū est
ablata oculis. quā incredibilis odoris. tanta est
secuta fragrantia. ut omnes nō solū i ecclia
uerū etiā in uicinis domib; existentes. gratis
sima sui adeo reficeret suauitate. quod indil
cedine suauitatis admodū delectati. de odoris
magnitudine admirantes uicini. Altera die
sūmo mane. tanti salicet ignari secreti. mu
tuo se attentius interrogarent. quidnā hoc
fuit. quod tanta illos miri odoris respererat
magnitudine. Ista nobis n̄ri antecessores.
quibus fidelib; tantū. et ualde paucis. p̄fati
fentes sapientissimi firma sepius assertionē re

retulerunt. suspirantes. et ingenti suspirio ingemiscētes. quod sibi tanq̄ peccatoribz. et indignis. talia dñs uideri nō permiserit. /.

Item de hijs que in sancto vultu claudunt
Patriarce ierosolomitani mirabiliter assertio.

Hic quoqz t̄pore. clericus quidā uenerabilis. qui postea diuina opante gratia. ep̄m diuina opante gratia electus lucane presuit ecclie ep̄s. uir prudens. deo et hominibz acceptissimus. pia deuotione ierosolimā iuit ubi ut uenerabilia loca deuote perlustrare posset. diutius imorari proposuit. Quadā uero die ad unū uenerabilem tunc ierosolomitane ecclie patriarcam se cōtulit. quē patriarcāt lucensem et lucane ecclie canonicū audiuit. benigne ac decenter excepit. Cū quo pauca loquutus. de sc̄ssio uultu ip̄m interrogare cepit demū uero postq̄ de uiuifice crucis signo ad uicē sibi multa retulisset. quis cōposuit. quo modo et quare sc̄ssimus uultus sit cōpositus patriarca diligentius eundē p̄cōtari cepit. Post cuius respōtionē sic idem cepit patriarca. De sacratissimi uultus inquit cōpositio ne. sic accipe et que tibi dixerō firmissime et sine ulla hesitatione tene. Tempore quo saluator mundi pro salute n̄ra mōtuis cruce p̄deret. Maria mater dñi. Maria magdalene. iacobi et salome. flentes stabāt ante crucē ad quas quasi ip̄pexando iosep abarimatia decu

rio ille nobilis iquit. Dominū nr̄m uū scate estis
et modo mortuū lamentātes plāgitis. sed cuius
amoris iudiciū icū reseruatīs cū ip̄m mortuū sic
nudo cōpore icruce pendere sub stinetis. adanū
uocē una illaz ueloci gradu. ī sion reuētēs. ue
lamē attulit. quod diligētī cura adaptātes acapī
te saluatoris. usq; ad pedes. ilōgū protēderūt
Iosep uero postea apilato licētia impetrata cum
de cruce saluatorē deponeret uelamē mulieri
bus reddidit. quod ille itūctes. exp̄ssa saluatoris
ymaginē et p̄r oīa liniamēta. uerissimā eius
similitudinē et fōmā in eo sculptā inueniūt
Post hec ī fra unū annū. Nicodemus qui m̄re
et alo es ferēs misturā ad ip̄m intrauerat.
Angelica uisione cōceptus est. quare cū domi
nicūm cōpus ip̄e bauilasset aliquā eius for
mā et imaginē posteris relinq̄re nō curasset
Nicodemus uero a sōno euigilās. de nocturna
uisione extitit sollicitus. et ad similitudines
illius figure. q̄ iuelamine mulierz iucta fuit
diuinitus sculpta reuerēdissimū uultū non
suo set potius diuino cōpo fuit artificio. in quo
de pretiosissimis pignozibus. q̄ de filio suo dei
genetrix uirgo. apud se diligenti cura reser
uauerat. et iosep et nicodemus. de spinea co
rona. de clauis et uestimētis saluatoris. quedā
decentissimē ibi recōdita esse. dubitare profetto
nemo debet. hic. cū p̄fatus de uicis uenerabilis
quomodo ista sciret. eū interrogasset. cētā iquit

12
Scriptura . et manifestis scripturis argumentis
indubitanter ista scimus . Hec uobis fratres in
xpo dilectissimi . et ad honore sanctissimi uultus .
fraternitatis amore conuicti breuiter annotare
studuimus . ut qui de sancti uultu honore gaudentis
quato ceteris illius magnalia cognoscitis . tanto in
ipius honore et reuerentia et deuotione . cum
more et tremore domini ardentius insistatis . qua
tenus uexillo crucis contra hostes muniti . post pre
sentem pugnam crucis . beneficio . perhementer cum
xpo triumphare possitis .

*De iuvene tartomicho qui ad altare sancti
Vutus auream obtulit tabulam .*

Quidam de alamanie partibus iuuenis
cuiusdam nobilissime uidue filius . grauis
simis et continuis torquebatur doloribus . Cui
de mirifice crucis signaculo matrem sepiissime con
sulentem . illa ait . cuius rei gratia . quaque ratione .
de saluatoris me consulis ymagine . tue matri
dulcissime dicere ne moreris . Cui filius . dum
intra situ inquit mente laborare et amara dissolu
tione corporis opprimer . et anima misera
bilis obrutum penam cruciatum corpus egredi
per timesceret . longe quidem stature iuuenis
aspectu pulcherrimus . et habitu celeberrimus .
penes me astitit . Quem eiusdem forme .
eiusdemque speciei esse deprendo cuius Lucensis
uultus ab orantibus inde reuertentibus . esse
narratur . Et ob reuerentiam quam parentes mei

erga predictā tenuere figurā. me affirmas euasisse
cōprobo. Qui leniter accedere uisus ait. Metim eas
iuuenis sed ī dño dereliquo fiduciā ponēs. a lecto
egritudinis surgens egredere et ilucana ecclia
restituta sanitate pretiosissic cruci laudes et gra
tias referas adhuiuscemodi uocē. mēbra pluzis
acerrita doloribz antiqz reddita sūt incolumitati
et nullū indicū ut uideri potestis grauissime
teneo afflictionis. Ergo mater rez dulcissima
tecū sollicitate sepe numero reuolue q et qualia
munera obuite restitute meritū. ob sanitatis
recuprate gratiam. xpo restauratori omniū
administrare ualeā. Talibz dictis talia mater
reddidit. per huius imense regionis spatium
requisitos solertes uiros. et fabrilis artis con
ducā peritissimos. et mizi artificij opus ad ho
noie inuictissime curas. fieri curabimus. huius
modi dicta factis cōpensantes undiqz sine nu
mero cōuo caret doctos artifices. et sine exēplo
materia. et opere. pretiosissimū laborauerunt
ornamentū altaris. sub crucifixi pedibus cō
locati. Nā apud se plurimas auri laminas mi
zo celatas studio. ī seruis sagaater collocatas.
ad lucanā ciuitatē iuuenis secū detulit. et ibi
dem de auratis laminis optimā et inārabilem
consumauit tabulā. Quo cōpleto. illic pluri
mas p̄as fudit et lacrimas. et ab animē et cō
poris curatus egritudine sanus et incolumis
Reuersus est ad propria. /-

**De caeco cuiusdam senensis mulieris filio per
Sancti Vultus merita illuminato.**

Filio quodam tempore quendam senensis mulier super
filii sui diu passionibus afflicta. quatenus ipse
sanitatem consequeretur omnium suarum rerum potum
culam medicis erogauerat. Ab mente enim etate
lumen amiserat. et in longas miser tenebras de
uenerat. Censum uero et pretium quod medicis
distribuerat. adeo ceatas inualuerat. quod nullam
utilitatem nec inuenerat nec parauerat. Ad ultimam
uero nimiam paupertate subacti. et a medicorum fidu
cia dimissi. in effabilis omnipotentie expectabant suffra
gium. In numeris enim precibus die noctuque deo imen
so precebat. et sanctorum inuocantes auxilia. cuius loco
oratorio. uota debita dederat. Itaque enim ecclesie in
summa ueneratione habitis. se spem uinculo all
gauerat. Omnipotentis tandem misericordia uisitati. glo
riosissime crucis recordati potentia in maximam spem
recuperande salutis deueniunt. Audierunt enim
et firmissime cognouerant. quod in lucana ciuitate.
ubi gloriosissimum signum uenerat et colitur. pluri
ma cotidie fideliter petentibus ostendit. et largitur
beneficia. oppressorum quoque et miserorum uota susci
piens. predictam ciuitatem exornat miraculis. Unde
non immerito tali uidetur notari uocabulo quo
eius claritatis magnitudo. etiam extraneis de
tur intelligi. Predicta enim ciuitas a sue fun
dationis exordio. in tantis sic ciuitatis pre
cipua. diuitijs et uiuorum ingenuitate magna

ualuit et uiguit. Maxime tamen honestati simpli
ci consules. et utilitatis comodum pro nichilo compesca
uita eligerunt ducere liberima et nobilitatis fama
propagare longissima. Ad hanc igitur ciuitatem
predca mulier cum filio carente lumine uenire
desiderans. temporis qualitatem cepit expecta
re congrua et se cotidie reuibus et afflictionibus
et uoluptatum macerabat abstinentia. Filius uero
eius recuperandi uisus fiducia. non tamen dubi
tus ad matris genua intermisit precibus roga
bat. et rogando precabatur. quatenus de proxi
